

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 74va–74vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 46

[46] De hereditatibus censualibus bonis et edificiis sic dicit.

Si vir sue uxori sua edificia dederit, que super bona censualia edificata fuit, coram domino proprietatis, et coram suis convicinis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem, vel nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare potuerit, quod sibi datum fuerit. Si autem edificia viri propria fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio [74vb] bannito, vel coram iudice et scabinis, si suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque domini proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia vel bona mobilia habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoris paterna successione, hoc uxori dare non poterit, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi proprii[s] laboribus hac prospera fortuna acreverunt cum sua uxore, que potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, in quolibet sine contradiccione.

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]